SERRY

Opera

Omnia.

4.

BX890
.S3
1770
v.4
c.1

1080045195

R. P. HYACINTHI SERRY

Ord. Præd. Doct. Sorb. & in Patavino Lyceo
S. Theol. Profeſs. Prim.

OPERA OMNIA:

Quorum nonnulla adhuc inedita, plura ſecundis curis ab ipſomet aucta & illuſtrata

IN SEX TOMOS TRIBUTA.

PRÆTER PRÆFATIONEM, ET VITAM AUCTORIS

ACCEDUNT

Cl. Virorum in ejuſdem opera Animadverſiones.

TOMUS QUARTUS.

EA CONTINENS QUÆ SEQUENS
PAGINA INDICAT.

LUGDUNI MDCCLXX.
SUPERIORUM PERMISSU.

PROSTANT VENALES VENETIIS
APUD SIMONEM OCCHI
IN VIA MERCATORIA SUB SIGNO ITALIÆ.

50596

BX890
.S3
1770

OPERA
In hoc Quarto Tomo comprehenſa.

I. Tractatus de Trinitate, adverſus Hæreticos, Schiſmaticos, Raymundum Lullum, alioſque Theologos.

II. Tractatus de Mundi Opificio, primis Parentibus, & Paradiſo Terreſtri.

III. Tractatus de variis Humanæ Naturæ Statibus; ſcilicet de Natura pura; de Natura Innocente, ſeu originali juſtitia; de Natura lapſa, ſeu de peccato Originali; de Natura reparata adverſus Janſenium.

IV. Tractatus de Homine Deo facto, adverſus Hæreticos, & Angelicæ Scholæ adverſarios.

V. Tractatus de Divina Gratia, de Divina Scientia, & de Voluntate Dei.

VI. Tractatus de Fide, ejuſque certitudine, obſcuritate atque neceſſitate, de Symbolis, de Sacra Scriptura & Traditione, de Conciliis, de Romano Pontifice, ejuſque ſuper Concilia Generalia præſtantia auctoritatis, poteſtatis, atque juriſdictionis.

VII. Tractatus de Sacramentis in genere; & in particulari de Baptiſmo, de Circumciſione, de Baptiſmo Joannis, de Confirmatione, de Matrimonio, de Pœnitentia, de Timore & Amore Dei, de Merito Sanctorum, de Indulgentiis, de Cenſuris, de Excommunicatione, de Suſpenſione & Interdicto.

ELENCHUS
TRACTATUUM, DISPUTATIONUM, ET PRÆLECTIONUM
una cum ſuis Argumentis,
Quæ in hoc Volumine exhibentur.

TRACTATUS PRIMUS
DE TRINITATE.
PRÆLUDIUM.

Ex D. Auguſtini Monito tria Viro Theologo in Trinitatis Myſterii indagatione conſideranda proponuntur, atque explicantur.

DISPUTATIO PRIMA
Adverſus Hæreticos, & Schiſmaticos:

PRÆLECTIO PRIMA.

Veteris Teſtamenti Auctoritate Trinitas Perſonarum in Deo adverſus Judæos, Sabellianos, alioſque Hæreticos demonſtratur. 2

II.

Sabellianorum, & Socinianorum in Trinitatem impietas novi Teſtamenti Auctoritate profligatur. 4

III.

Sabellianorum Momenta adverſus Divinarum Perſonarum Trinitatem refelluntur. 7

IV.

Reliqua recentium Sabellianorum, ſeu Socinianorum Sophiſmata exſufflantur. 9

V.

Dei Filii cum æterno Patre Conſubſtantialitas adverſus Arianos aſſeritur, propugnatur. 11

VI.

Chriſti æterni Patris Filii Divinitas ipſorum etiam Gentilium & Judæorum Chriſtiani Nominis Hoſtium Teſtimonio comprobatur. 13

VII.

Flavii Joſephi de Chriſto nobile Teſtimonium vindicatur. 16

VIII.

Filii Divinitas probatur Auctoritate Patrum Concilio Nicæno ſuperiorum. 18

IX.

Spiritus Sancti Divinitas contra Eunomianos, & Macedonianos Hæreticos demonſtratur. 21

X.

Macedonianorum Momenta contra Spiritus Sancti Divinitatem refelluntur. 23

XI.

Initia, & progreſſus Erroris Græcorum circa Proceſſionem Spiritus Sancti exponuntur. 25

XII.

Defenditur Proceſſio Spiritus Sancti a Filio ex Scripturis, & utriuſque Eccleſiæ (Græcæ atque Latinæ) Definitionibus. 27

XIII.

Proceſſio Spiritus Sancti a Filio Patrum, ac præſertim Græcorum, Auctoritate demonſtratur. 29

XIV.

Græcorum Argumenta adverſus Spiritus Sancti a Filio Proceſſionem refelluntur. 31

XV.

Reliquæ Græcorum Objectiones ad trutinam revocantur, ac diſſipantur. 33

DISPUTATIO ALTERA
Adverſus Raymundum Lullum, alioſque Theologos.

PRÆLECTIO PRIMA.

Trinitatis Myſterium nulla poſſe naturali ratione demonſtrari; hocque ipſa naturali ratione quam luculenter evinci, propugnatur. 35

II.

De Divinis Proceſſionibus veterum, recentiorumque Theologorum Placita referuntur. 37

III.

Per quam cognitionem generetur Divinum Verbum, explicatur. 39

IV.

Agitur de Proceſſione Spiritus Sancti. 41

V.

Relationes Divinas ex proprio conceptu perfectionem dicere, demonſtratur. 43

TRACTATUS SECUNDUS
De Mundi Opificio, primis Parentibus, & Paradiſo Terreſtri.

DISPUTATIO UNICA.

PRÆLECTIO PRIMA PRÆLUDIALIS.

In Divinorum Naturæ Operum indagatione tria Viro Theologo Principii loco ponenda eſſe, ſtatuitur: Primo; eorumdem notitiam ex Sacris Litteris non eſſe curioſius petendam, ſed ea potius naturali ratione inveſtiganda: Secundo; quæ naturali ratione probantur, ſi quo forte modo ſacris Litteris repugnare videantur, cum Divina Revelatione fore concilianda: Tertio; ſi nullo pacto conciliatio fieri poſſit, naturalem rationem, quæ Sacris Litteris adverſatur, tanquam fallacem abjiciendam, & Divinæ Revelationi penitus inhærendum. 45

II.

Mundum fuiſſe a Deo conditum, non per dierum naturalium intervalla, ſed brevi temporis tractu, ac pene momento, cum D. Auguſtino aſſeritur, propugnatur. 49

III.

Objectiones contra præcedentem Aſſertionem diluuntur. 51

IV.

Non Verno, ſed Autumnali tempore conditum fuiſſe Mundum, evincitur. 54

V.

Præadamitarum Erroris Origo, Syſtema, & Fundamenta referuntur. 57

VI.

Catholica Veritas contra Præadamitarum Errorem ſtatuitur, vindicatur. 59

VII.

Præadamitici Syſtematis Momenta refelluntur. 62

VIII.

Agitur de Hevæ formatione, & litteralis de ea Scripturæ Senſus propugnatur. 65

IX.

Moyſis Narrationem de Primorum Parentum tentatione, non figurate, ſed juxta litteræ ſenſum intelligendam eſſe, defenditur. 67

X.

Paradiſum Terreſtrem corporeum fuiſſe, ſenſibilem, & aſpectabilem locum, in peculiari ac determinata Terræ, quam incolimus, parte ſitum; non vero tertium Cœlum, vel in toto, qua late patet, Terrarum Orbe extenſum, propugnatur. 70

XI.

Incertum omnino eſſe, an Paradiſus Terreſtris etiamnum extet, definitur. 72

XII.

De bina Paradiſi Terreſtris Arbore (Scientiæ & Vitæ) diſſeritur. 75

XIII.

Num Solis Terræ Fructibus, an etiam Carnibus, Piſcibuſve ante univerſale Diluvium Homines veſcerentur, non ita de facili definiri poſſe affirmatur: poſteriori tamen Opinioni probabilitas major adſcribitur. 77

TRACTATUS TERTIUS
DE VARIIS HUMANÆ NATURÆ STATIBUS
PRÆLUDIUM.

Varii Humanæ Naturæ Status explicantur.

DISPUTATIO PRIMA
DE NATURA PURA.

PRÆLECTIO PRIMA.

Gratiam ſanctificantem, cum qua creatus eſt primus homo, ita Humanæ Naturæ fuiſſe indebitam, ut ſine illa condi omnino potuiſſet, nedum ſpectato Dei ſupremo Dominio, ſed ne læſa quidem ſuavi ejus Providentia, propugnatur. 82

II.

Baji, & Janſenii Momenta adverſus præcedentem Aſſertionem refelluntur. 84

III.

Immunitatem a morte, cæteriſque Naturæ incommodis non adeo fuiſſe debitam Hominis conditioni, ut abſque illa Hominem Deus condere nequiviſſet, adverſus Janſenium, & Bajum propugnatur. 86

IV.

In Statu Naturæ puræ, ſi in eo Hominem condere Deo placuiſſet, nulla fuiſſe Concupiſcentiam Rationi perduellem ſtatuitur. 88

V.

Objectiones contra præcedentem Aſſertionem diluuntur. 90

DISPUTATIO SECUNDA

De natura innocente, ſeu de originali Juſtitia.

PRÆLECTIO PRIMA.

PRimum Hominem in Gratia Sanctificante fuiſſe conditum; nec tamen hoc Fidei Dogma eſſe, propugnatur. 93

II.

Divinæ Gratiæ per ſe & ab intrinſece efficacis neceſſitas in Statu Innocentiæ ad perſeverandum in accepta Juſtitia, ſecundum D. Auguſtini Principia demonſtratur. 96

III.

Gratiæ efficacis in Statu Innocentiæ neceſſitas luculentius evincitur. 98

IV.

Efficacis Gratiæ neceſſitas in Statu Innocentiæ Rationibus Theologicis comprobatur. 101

V.

Janſenii Momentum adverſus Gratiæ per ſe & ab intrinſeco efficacis neceſſitatem in Statu Innocentiæ ex Auguſtino deſumptum pro virili proponitur, ſolutione in ſubſequentem Prælectionem remiſſa. 103

VI.

Satis fit Argumento Janſenii ſuperius expoſito contra efficacis Gratiæ neceſſitatem in Statu Innocentiæ. 105

DISPUTATIO TERTIA

De natura lapſa, ſeu de peccato originali.

PRÆLECTIO PRIMA.

PEccati Originalis Dogma ex veteri, & novo Teſtamento comprobatur. 108

II.

Peccati Originalis Fides Patrum veterum Traditione, aliiſque rationum Momentis evincitur. 110

III.

Pelagianorum, atque Socinianorum Momenta ex Scriptura & Ratione petita contra præcedentem Aſſertionem refutantur. 112

IV.

Pelagianorum & Socinianorum Momenta adverſus Catholicum Originalis peccati Dogma ex veterum Patrum Auguſtino ſuperiorum Auctoritate petita diluuntur. 115

V.

Parvulos cum Originali peccato, morte ſublatos Animi pœnas perſentire, interno videlicet dolore, ingentique triſtitia ob amiſſam Beatitudinem affici, propugnatur. 120

VI.

D. Auguſtini Sententia de ſenſibilibus Infantium abſque Baptiſmate decedentium pœnis a Cenſuris, atque Calumniis vindicatur. 122

VII.

Alia D. Auguſtini Momenta de ſenſibilibus Infantium pœnis expenduntur, & adverſus malignos Obtrectatores vindicantur. 125

VIII.

D. Auguſtini Sententia de pœna Senſus Pueris ſine Baptiſmo decedentibus infligenda cæterorum Patrum Auctoritate confirmatur. 127

IX.

Sententia de ſenſibili pœna Infantibus non baptizatis infligenda rationibus Theologicis roboratur. 130

X.

Satis fit Adverſariorum Momentis ex Auctoritate petitis adverſus poſitam, ac propugnatam de ſenſibibus Infantium pœnis D. Auguſtini, aliorumque Patrum ſententiam. 132

XI.

Adverſariorum Momenta in Cauſſa Infantium ex Ratione deſumpta expenduntur, ac refutantur. 135

XII.

Impugnatur Beatitudo illa naturalis, quam Parvulis ſacro Baptiſmate non ablutis poſt diem Judicii Theologi quidam tam impudenter, quam liberaliter adpromittunt. 137

XIII.

Objecta Catharini, & Sfrondrati adverſus præcedentem Aſſertionem confutantur. 140

XIV.

Naturam Humanam Protoparentis culpa nedum gratuitis Innocentiæ Donis fuiſſe ſpoliatam; verum etiam in naturalibus Dotibus ita vulneratam ac læſam, ut vires poſtmodum longe debiliores ad bonum peragendum habuerit, quam prius in feliciſſimo illo Statu poſſidebat, Summorum Pontificum, & Conciliorum Definitionibus demonſtratur. 142

XV.

SS. Auguſtini & Thomæ Sententia de vulnere per peccatum Originale Humanæ Naturæ inflicto expenditur, declaratur. 145

XVI.

Satis fit Objectionibus contra læſionem naturalium Donorum a peccato Originali Humanæ Naturæ illatam. 147

DISPUTATIO QUARTA

De natura reparata

Adverſus Cornelium Janſenium Yprenſem Epiſcopum.

PRÆLECTIO PRIMA.

JAnſenianæ Hiſtoriæ primum Synopſis exhibetur: tum Hæreticos minime dicendos eſſe propugnatur, qui damnatam Janſenii Doctrinam catholice ejurantes, hæreticum tamen ſenſum in quinque proſcriptis Propoſitionibus Janſenium minime adoptaſſe contendunt: qui tamen temeritatis, ac pertinaciæ crimine non abſolvuntur. 150

II.

Propoſitionem primam ex quinque damnatis Janſenium in hæretico ſenſu vere propugnaſſe, defenditur. 152

III.

Primam ex quinque proſcriptis Janſenii Propoſitionibus nedum a Sacris Conciliis in anteceſſum anathemate fuiſſe confixam; verum etiam a D. Auguſtino, cujus ille ſe diſcipulum profitebatur, reprobatam, ac data opera confutatam, demonſtratur. 154

IV.

Secundam Janſenii Propoſitionem in ſenſu hæretico fuiſſe ab eo traditam, & a SANCTA SEDE merito condemnatam, aſſeritur, propugnatur. 157

V.

Tertiam Propoſitionem in ſenſu damnato vere Janſenium uſurpaſſe; eamque rite & juſte fuiſſe ut hæreticam a SANCTA SEDE proſcriptam, evincitur. 159

VI.

Quartam Janſenii Propoſitionem & in Facto, & in Jure Pontificia Cenſura fuiſſe rite & juſte confixam aſſeritur primo: tum ſubinde eorum Error detegitur, ac impugnatur, qui ex hujuſce Propoſitionis Proſcriptione præſidium aliquod, ad tuendam Molinianam Doctrinam validiſſimo Thomiſtarum ariete pulſatam, eruere ſibi putant. 161

VII.

Superius de quarta Janſenii proſcripta Propoſitione Argumentum continuatur: atque in quo ſitus fuerit Maſſilienſium Error, uti & in qua Propoſitionis parte Janſenius hæretice ſenſerit, declaratur. 163

VIII.

Quintam Janſenii Propoſitionem ab APOSTOLICA SEDE proſcriptam vere Janſenium in hæretico ſenſu propugnaſſe, demonſtratur. 166

IX.

Quintæ proſcriptæ Janſenianæ Propoſitionis occaſione de Divina ſalvandorum Hominum Voluntate diſſeritur: Auguſtinus a Molinianorum Calumniis vindicatur: Janſenii hallucinatio detegitur: generaliſque illa Salutis Omnium Voluntas in Auguſtiniano, & Thomiſtico ſenſu, eliminatis Molinæ, ejuſque Aſſeclarum interpretamentis, Catholice aſſeritur, propugnatur. 167

X.

Adverſus quintam Janſenii Propoſitionem, Chriſtum Dominum non pro ſolis Prædeſtinatis, ſed pro omnibus omnino Hominibus mortem oppetiiſſe, multoſque ex iis perire, pro quibus Sanguinem ipſe fudit, Sacrarum Scripturarum, Conciliorum, & ipſiuſmet Auguſtini, quo Duce adeo fidit Janſenius, Auctoritate, nec non rationibus Theologicis luculenter oſtenditur. 170

XI.

Janſenii Momenta, quibus quintam damnatam Propoſitionem ſuam tueri nititur, ad examen vocantur, ac refelluntur: tum quid de Janſenii Perſona ſentiendum ſit, declaratur. 172

Prælectiones contra Judæos, quæ olim in Editione Veneta eas immediate præcedebant, quæ contra Hæreticos ſunt, modo eo ordine collocavimus, quo eas Auctor ſcripſerat, nimirum in Exercitationum principio; earum enim primam partem conſtituunt. Opuſcula item nonnulla, quæ hiſce Prælectionibus permixta erant, alio in Tomo una cum aliis ſepoſuimus. Id monitos volumus eſſe Lectores, ne admirationi ſit hæc mutatio.

TRACTATUS QUARTUS

DE HOMINE DEO FACTO

DISPUTATIO PRIMA.

Adverſus Hæreticos.

PRÆLECTIO PRIMA.

VAria Hæreticorum de Chriſto Syſtemata referuntur, ac confutantur. 175

II.

Contra Euthychianos duæ in Chriſto naturæ propugnantur. 177

III.

Contra Neſtorianos unica in Chriſto Perſona defenditur. 180

IV.

Adverſus Monothelitas duplex in Chriſto voluntas aſſeritur, aliaque de duplici Chriſti appetitu, humanaque corporis forma expenduntur. 182

DISPUTATIO SECUNDA

Adverſus Angelicæ Scholæ Adverſarios.

PRÆLECTIO PRIMA.

SEpoſita redimendi hominis, juſtæque ſatisfactionis exigendæ voluntate, nulla fuit Incarnationis neceſſitas. 184

II.

Divinæ Juſtitiæ condignam ſatisfactionem pro importata per peccatum injuria a puro homine exhiberi minime potuiſſe; ſed hoc ab homine Deo dumtaxat præſtandum eſſe, aſſeritur, propugnatur. 186

III.

Chriſti Domini pro hominum noxis Deo exhibitam ſatisfactionem non ſolum æquam, ſed ſuperabundantem, moralique æſtimatione ſimpliciter infinitam fuiſſe, demonſtratur. 188

IV.

Satisfit adverſæ partis fundamentis. 189

V.

Chriſtus Dominus ſecundum ſtrictos juris apices pro noxis hominum offenſo Deo ſatisfecit. 191

VI.
Sola redimendi hominis cauſſa Humanitatem a Divino Verbo fuiſſe aſſumptam ſtatuitur. 193

VII.
Chriſtum actibus ſuis promereri Incarnationem, & Virginis Maternitatem minime potuiſſe, demonſtratur. 195

TRACTATUS QUINTUS
De Divina Gratia.

DISPUTATIO PRIMA

PRÆLECTIO PRIMA.

DIviſio Gratiæ in gratum facientem, & gratis datam exponitur primo, atque explicatur: tum ſecundi generis Gratias novem eſſe; quarum alias per modum habitus permanentis, alias per modum vialis corruſcationis, a Deo concedi, propugnatur: cujus occaſione de Apoſtolis, variis Linguis loquentibus, diſſeritur. 198

II.
Gratiam gratum facientem non eſſe externum Dei favorem, ſed Donum internum Animæ a Deo collatum, eique per modum Habitus inhærens, & a Charitate diſtinctum propugnatur. 200

III.
Variis actualis Gratiæ expoſitis diviſionibus, de Gratiæ ſufficientis nomine diſſeritur, qua Pueros abſque Baptiſmate morientes carere penitus, demonſtratur. 204

IV.
Tam Infideles, qui nihil de Evangelio audiere; quam induratos, & obæcatos, dum eorum obduratio atque obcæcatio conſummatæ ſunt, ſufficientibus Gratiis privatos eſſe, demonſtratur. 206

V.
Peccatores induratos & obcæcatos Gratiis ſufficientibus perſæpe privari oſtenditur. 207

VI.
Momenta contrariæ diluuntur. 209

VII.
Quoties hominibus juſtis inſtat obligatio alicujus implendi præcepti, toties iiſdem præſto eſſe Gratiam demonſtramus. 210

VIII.
De Gratiæ Efficacis neceſſitate. Et num neceſſaria ſit homini ad veritates ſupernaturales cognoſcendas. 211

IX.
An Gratia per Chriſtum neceſſaria ſit ad bona opera exercenda. 212

X.
Ad bona moraliter opera elicienda, aliquem actualis Gratiæ concurſum prærequiri demonſtratur. 214

XI.
Non poſſe hominem lapſum ex ſolis ſuis viribus diligere Deum, ut auctorem naturæ, multis oſtenditur. 215

XII.
Num ad opus ſalutare perficiendum neceſſaria ſit Divina efficax Gratia. 216

DISPUTATIO SECUNDA.

De Divina Scientia.

PRÆLUDIUM.

PRÆLECTIO PRIMA.

DAri veram in Deo & ſtricti nominis dictam Scientiam; Creaturaſque omnes in Eſſentia ſua, tanquam in medio, cognoſcere; eamque cognitionem eſſe creaturarum Cauſſam, propugnatur. 218

II.
Mala cum pœnæ, tum culpæ, futuraque libera contingentia certo Deum cognoſcere propugnatur; ſingularumque cognitionum media ſtatuuntur, demonſtrantur. 220

III.
Quoad Divinam futurorum contingentium notitiam Syſtema Suareſii confutatur: agitur quoque de futuris conditionatis. 224

IV.
Quid ſit, & a quibus excogitata Scientia Media; & quid de ea ſenſerit Auguſtinus, exponitur. 226

V.
Impugnatur Scientia Media rationibus Theologicis. 228

VI.
Molinianorum Argumenta ſolvuntur. 229

VII.
Divinæ Ideæ quid ſint; Et num in Deo admittendæ, & quo pacto, explicatur, aſſeritur; tandem Platonis error refellitur. 230

DISPUTATIO TERTIA

De Voluntate Dei:

PRÆLECTIO PRIMA.

OBjectum motivum Dei aliud non eſſe quam Deum ut ſumme bonum oſtenditur. 231

II.
Num Deus amet ſeipſum neceſſario, an libere? 252

III.
Quo amore Deus creaturas ſuas proſequatur, oſtenditur. 233

IV.

IV.
Quid nomine voluntatis antecedentis & conſequentis intelligendum ſit, explicatur; & num in Deo voluntas antecedens ſit vere proprie & formaliter, quæritur. 234

TRACTATUS SEXTUS
DE FIDE

PRÆLECTIO PRÆLUDIALIS

Apologia pro Theologis adverſus malignos obtrectatores; in qua Theologorum Fides a calumniis vindicatur; eoſque plus cæteris credere luculentiſſime demonſtratur.

DISPUTATIO PRIMA

De Fidei Divinæ Certitudine, Obſcuritate, atque neceſſitate.

PRÆLECTIO PRIMA.

NOn poſſe Fidei ſubeſſe falſum ex parte Dei revelantis, demonſtratur: & Manichæorum, Priſcillianiſtarumque momentis occurritur. 240

II.
Cætera Manichæorum & Priſcillianiſtarum Momenta adverſus præcedentem aſſertionem diluuntur. 243

III.
Theologorum illorum Momenta refutantur, qui tametſi Deum nunquam mentitum eſſe, imo nec de Lege ordinaria mentiri poſſe, catholice fateantur, de Lege tamen extraordinaria id poſſe præſtare contendunt. 246

IV.
Fidei Divinæ ſubeſſe falſum non poſſe, neque ex accidenti, ſeu ex parte credentis Hominis, aſſeritur, propugnatur: nec non inſulſa Joannæ Papiſſæ fabella rejicitur, refutatur. 249

V.
Argumentum ſuperius continuatur, caſuſque reliqui expenduntur, in quibus Divinæ Fidei falſum quandoque ex accidenti ſubeſſe poſſe videtur. 252

VI.
Obſcuritatem ita Fidei Divinæ eſſentialem eſſe; ut de eodem objecto etſi per diverſa media, nulla ratione cum ſcientia, quæ evidentiam adfert; imo nec cum evidentia Revelationis de Myſterio aliquo, ſi forte haberetur, ſtare poſſit, defenditur. 255

VII.
Fidem in re abſolute ad ſalutem neceſſariam eſſe, defenditur. 258

VIII.
Fidem explicitam de binis Trinitatis & Incarnationis Myſteriis non omnibus ante Chriſti adventum ad ſalutem fuiſſe neceſſariam; eo tamen ſequuto, factaque ſufficienti Evangelii promulgatione, neceſſariam ſingulis omnino eſſe, propugnatur. 260

IX.
Quandonam & quibus in occaſionibus teneatur Fidelis publicam Fidei profeſſionem emittere, variis Regulis aſſignatis expenditur. Fidem autem ore negare, licere nunquam aſſeritur, propugnatur. 262

X.
Fidei ſimulationem illicitam omnino eſſe; nec ulla unquam poſſe ſecreta mentis intentione coboneſtari, probatur. 264

XI.
Momenta adverſus Aſſertionem in ſuperiori poſitam refutantur. 266

DISPUTATIO SECUNDA

De Symbolis.

PRÆLECTIO PRIMA.

DE Symbolis, quibus Articuli fidei continentur, ac primum de Symbolo Apoſtolorum. 270

II.
De Symbolo Nicæno, quod etiam Conſtantinopolitanum eſt dictum. 272

III.
Quandonam & a quo Particula Filioque *Symbo-*

lo Nicæno & Conſtantinopolitano addita ſit, declaratur. 274

I V.

Symbolum, quod S. Athanaſii dicitur, ejus fœtum non eſſe, validiſſimis argumentis evincitur. 275

V.

Objectiones contra præcedentem aſſertionem de Symbolo S. Athanaſio perperam adjudicato diluuntur. 277

DISPUTATIO TERTIA.

PRÆLECTIO PRIMA.

De Regulis Fidei, ac primo de Scriptura Sacra, quæ omnium eſt regula prima. 280

I I.

Adverſariorum Momenta diluuntur. 282

I I I.

Libri Veteris Teſtamenti propugnantur contra Fauſtum, & Adimantum Manichæos. 283

I V.

Quid Judæi adverſus Divinam auctoritatem, atque Inſpirationem librorum Novi Teſtamenti, objicere ſoleant? 284

V.

Alia multa momenta ex Scripturæ locis petita diluuntur. 287

V I.

De Divinarum Scripturarum inſpiratione adverſus Proteſtantes Epiſcopium, Spinoſam, Grotium, alioſque Catholicos Scriptores. 288

V I I.

De eadem Divinarum Scripturarum Revelatione quoad ſingularia & individua verba. 290

V I I I.

De Traditione, Altera Fidei noſtræ Regula. 292

I X.

Momenta petita ex periculis & incommodis, ſi Traditio ut Fidei Regula ponatur. 294

X.

Eccleſiam certam fidei regulam eſſe, & errare in fide minime poſſe, aſſeritur & propugnatur contra Lutheranos & Calviniſtas. 296

X I.

Eccleſiam magnos etiam Peccatores ſinu ſuo complecti, nec ſolis juſtis, atque prædeſtinatis conſtatam eſſe probatur. 299

X I I.

Unitatem veræ Eccleſiæ a Chriſto Domino inſtitutæ, primam dotem eſſe notamque præcipuam demonſtratur. 301

X I I I.

De Sanctitate Eccleſiæ. 302

X I V.

De univerſalitate ſeu Catholicitate Eccleſiæ. 303

X V.

De quarta Eccleſiæ Nota Apoſtolica. 304

X V I.

Utrum Miracula ſigna certa ſint, invictæque probationes Religionis atque Doctrinæ, in cujus confirmationem, & probationem eduntur? 360

DISPUTATIO QUARTA

De Conciliis.

PRÆLECTIO PRIMA.

Ad quem Conciliorum Generalium convocatio ſpectet, quæritur. 308

I I.

Qui ſint ad Concilia præſertim Œcumenica vocandi cum jure ſuffragii? 309

I I I.

Quinam præeſſe Conciliis generalibus debeant, proponitur, demonſtratur. 310

I V.

Suprema Conciliorum auctoritas eorumque indeficientia in judicandis Fidei Controverſiis probatur atque defenditur. 311

V.

Satisfit momentis Lutheranorum & Calviniſtarum, quibus Concilii Tridentini robur & auctoritatem oppugnant. 312

V I.

Sint ne Concilia Generalia aliquando Eccleſiæ neceſſaria, quæritur. Quando nam, & quibus in caſibus, Conciliorum neceſſitas urgeat, demonſtratur. 306

DISPUTATIO QUINTA

De Romano Pontifice.

PRÆLECTIO PRIMA.

De Primatu D. Petri. 317

I I.

Satisfit objectis ex Scriptura Sacra, Patribus & priſca Hiſtoria petitis contra D. Petri Primatum. 319

I I I.

De Primatu Romani Pontificis. 321

I V.

Adverſariorum momenta refelluntur. 322

V.

De Indeficientia ſeu Infallibilitate R. Pontificis. Ac primo de mente Academiæ Pariſienſis. 325

V I.

Quæ vera ſit Eccleſiæ Gallicanæ mens atque ſententia, exponitur, demonſtratur. 327

V I I.

Hæc eadem Pontificiæ Indeficientiæ ſententia pluribus argumentis confirmatur. 329

V I I I.

Diluuntur adverſæ Sententiæ momenta, ab errantium ut putant Pontificum exemplis petita. 332

I X.

Satisfit aliis exemplis contra Pontificum infallibilitatem in fide, in contrarium fieri ſolitis. 349

DISPUTATIO SEXTA

De Romani Pontificis.

Super Concilia Generalia præſtantia auctoritatis, poteſtatis, atque juriſdictionis.

PRÆLECTIO PRIMA.

Præſtare Romanos Pontifices Conciliis generalibus auctoritate, poteſtate, & juriſdictione, multis oſtenditur. 342

I I.

Pontificum ſupra Concilia poteſtas, veterum auctoritate confirmatur. 344

I I I.

Adverſariorum momenta diluuntur. 345

I V.

Diluuntur momenta, quæ ad oppugnandam Pontificis ſupra Concilium eminentiam nedum ex Appellationibus, ſeu provocationibus ad Concilium Œcumenicum factis deſumuntur; ſed etiam ex nonnullorum Conciliorum exemplis, quæ in ipſos RR. Pontifices judicium exercuiſſe, demonſtrant. 348

V.

Ducta a ratione momenta reliqua adverſus Pontificum poteſtatem, auctoritatem, & juriſdictionem ſupra Concilia, reſolvuntur. 350

V I.

Num Romani Pontifices & Concilia Œcumenica infallibilitatis privilegio gaudeant, ubi de factis doctrinalibus judicium ferant; de quibus nihil ſacris in Litteris nihil in divinis Traditionibus revelatum ſit, diſputatur. 351

V I I.

Hæc eadem ſententia multis exemplis confirmatur. 353

V I I I.

Contrariis Argumentis occurritur. 354

TRACTATUS SEPTIMUS
DE SACRAMENTIS.
PRÆLUDIUM.
DISPUTATIO PRIMA
Probatur ſtudium rei Sacramentariæ cæteris aliis ſtudiis eſſe anteferendun.

PRÆLECTIO PRIMA.

Quid intelligendum ſit nomine Sacramenti, proponitur, explicatur. 359

II.

Quot & quales ſint partes eſſentiales Sacramentorum. 362

III.

Cujus generis ſint verba Sacramentalia, demonſtratur; & inſana Proteſtantium commenta refelluntur. 364

IV.

Calvinianorum momenta tum ex ſacris Litteris, tum ex PP. delibata, convelluntur. 366

V.

Num res & verba in Sacramentorum adminiſtratione uſurpanda, ita ſint a Chriſto determinata, ut nihil illis addere, nihil minuere ac mutare liceat. 369

VI.

Multa atque graviora, quæ in ſui confirmationem erroris Lutherus obtrudit, confutantur. 373

DISPUTATIO SECUNDA
De Sacramentis in particulari.

PRÆLECTIO PRIMA.

Baptiſma quid ſit exponitur; Aquam veram ac naturalem neceſſariam ſolamque baptiſmatis materiam eſſe, demonſtratur. 375

II.

Baptiſmatis forma ex Doctrina Patrum, & Canonum explicatur, eademque adverſus quorumdam tum veterum, tum recentium Theologorum aberrationes vindicatur. 377

III.

Eadem forma Baptiſmatis adverſus omnis ætatis Hæreticos, propugnatur. 379

IV.

Theologorum quorundam momenta convelluntur, qui Baptiſma in unius duntaxat Divinæ Perſonæ nomine collatum, ratum ac validum eſſe contendunt. 381

V.

Priſca Patrum Orientalium de Miniſtro Baptiſmi Controverſia refertur. 383

VI.

Hæreticos Sacramentum Baptiſmatis valide poſſe miniſtrare; nec Infidelitatem miniſtri valori Baptiſmatis officere, probatur atque defenditur. 385

VII.

Adverſariorum momenta refelluntur. 387

VIII.

Num Stephanus I. R. P. Africanos Epiſcopos, & Aſiaticos excommunicatione re ipſa petierit, ob errorem de rebaptizandis Hæreticis, quæritur? 388

IX.

Stephanum R. P. in rebaptizantium errore profligando, nec erraſſe, nec juris, & æqui metas prætergreſſum fuiſſe, contra Blondelum Calvinianæ ſectæ Profeſſorem, nonnulloſque Romanæ communionis Theologos, demonſtratur: Et quo tempore Præſules Orientales errorem de rebaptizandis Hæreticis, retractarint oſtenditur. 390

X.

Quodnam fuerit Plenarium illud Concilium, cujus auctoritatem Donatiſtis rebaptizantibus toties Auguſtinus oppoſuit, quæritur, explicatur. 392

XI.

Eccleſiam omnes ac ſingulos etiam de populo, mares ac fœminas, Hæreticos, Judæos, & Ethnicos ſufficientes baptiſmati conferendo Miniſtros agnoſcere, ubi extrema neceſſitas urget, probatur atque defenditur. 394

XII.

XII.

Parvulos etiam recentes ab utero, ſuſcipiendo baptiſmati idoneos eſſe, adverſus Anabaptiſtas propugnatur; eorumdemque momentis occurritur. 396

XIII.

Baptiſma puerorum, in matrum uteris omnino & ex integro incluſorum, impoſſibile, illicitum, & contrarium Eccleſiæ, probatur atque evincitur. 398

XIV.

Quænam & qualis Baptiſmi neceſſitas ſit, præcepti ne duntaxat, an etiam medii, proponitur, explicatur. 403

XV.

Cardinalis Cajetani commentum de puerorum, ſeu in matris utero, ſeu extra Uterum de vita periclitantium, Baptiſmo, refertur, & confutatur. 405

XVI.

Baptiſmi defectum deſiderio, votoque ſuppleri, ubi non adeſt ſuſcipiendi opportunitas. 408

XVII.

Quid ſpecialiter ſuppleat deſiderium demonſtratur. 410

XVIII.

Quandonam facta ſit Baptiſmatis inſtitutio quæritur. 412

XIX.

Quando primum cœperit Baptiſmus obligare, & quando circumciſio cum cæteris legalibus obligare deſierit. 413

XX.

De effectibus Baptiſmatis diſſeritur. 415

XXI.

Suſceptores ſeu Patrinos in Baptiſmo quo diſtincte tempore, & quot adhibere conſuevit Eccleſia; quave de cauſſa variæ perſonæ ab eo officio obeundo per ſacros Canones arceantur. 418

XXII.

Rationes, quæ Eccleſiam induxerunt ad Baptiſmum certis cæremoniis conferendum, exponuntur. 419

DISPUTATIO TERTIA
De Circumciſione.

PRÆLECTIO PRIMA.

Circumciſio quid ſit? quo tempore a Deo præcepta? Cur in membro genitali fieri juſſa? quæritur demonſtratur. 421

II.

Num Circumciſio deleret Peccatum Originale, & Gratiam ſanctificantem conferret? 423

DISPUTATIO QUARTA
De Baptiſmo Joannis.

PRÆLECTIO PRIMA.

Eamdem ne cum Baptiſmo Chriſti virtutem habuerit? 424

II.

An aliqua Verborum forma Joannes uſus ſit baptizando? 426

DISPUTATIO QUINTA
De Confirmatione.

PRÆLECTIO PRIMA.

Sacramentum Confirmationis quid ſit, & quando inſtitutum, demonſtratur. 427

II.

Sit ne Confirmatio verum Legis Evangelicæ Sacramentum, quæritur. 428

III.

Materia Sacramenti Confirmationis, quæ ſit, oſtenditur. 430

IV.

Balſamum ad Sacri Chriſmatis confectionem oleo admiſceri ſolitum fuiſſe demonſtratur; Hujuſmodi balſami admixtio, num neceſſaria ſit neceſſitate Sacramenti, num neceſſitate præcepti Eccleſiaſtici quæritur. 431

Chriſ-

V.

Chriſma in Confirmationis collatione adhibendum, benedicendum ſeu conſecrandum eſſe; & hanc Chriſmatis benedictionem, ſeu conſecrationem ab Epiſcopo faciendum eſſe oſtenditur. Num ea Epiſcopalis conſecratio neceſſaria ſit neceſſitate Sacramenti, quæritur. 433

VI.

Quæ ſit Sacramenti Confirmationis forma. Quibus verbis conſtet, num ea numero verba, vel ſaltem equivalentia ad illius valorem requirantur, proponitur, explicatur. 434

VII.

Proprium effectum Confirmationis temporibus etiam Apoſtolicis non fuiſſe donum linguarum, Prophetiæ, aliarumve gratiarum gratis datarum, multis evincitur. Gratiam & characterem proprium eſſe hujus Sacramenti effectum, demonſtratur. 435

VIII.

Solos Epiſcopos Miniſtros eſſe Sacramenti Confirmationis, multis evincitur. 437

IX.

Simplicem Sacerdotem non poſſe ex R. Pontificis diſpenſatione Miniſtrum eſſe Exoraordinarium Sacramenti Confirmationis, probatur. 438

DISPUTATIO SEXTA

De Sacramento Matrimonii.

PRÆLECTIO PRIMA.

Matrimonium quid ſit, & variæ ejuſdem acceptiones. 442

II.

Matrimonium, ut eſt Naturæ Officium, Naturali & Divina lege inſtitutum fuiſſe, aſſeritur, demonſtratur. 434

III.

Matrimonium neque in Veteri, neque in Novo Teſtamento ſingulis in præcepto fuiſſe, probatur. 444

IV.

Polygamia virilem repugnare juri naturali primario; Muliebrem ſecundario Matrimonii fini contrariam eſſe; quamcumque tandem Polygamiam probibitam eſſe Lege Evangelica, multis oſtenditur. 445

V.

De Polygamia Veterum Patriarcharum diſſeritur, & num extendatur ad barbaras Gentes, quæritur. 447

VI.

Matrimonium tum ut Ratum, tum etiam ut Conſummatum ex naturæ lege indiſſolubile oſtenditur. 449

VII.

Matrimonium etiam ob fornicationem quoad vinculum diſſolvi minime poſſe, demonſtratur. 451

VIII.

Matrimonium Ratum non Conſummatum religioſa profeſſione diſſolvi, probatur; idemque divino jure diſſolvi, ſeu auctoritate Chriſti ita diſpenſantis in favorem Religionis, aſſeritur, demonſtratur. 455

IX.

In Matrimoniis ineundis ſolum filiorum contrahentium aſſenſum neceſſarium eſſe, propugnatur. 457

DISPUTATIO SEPTIMA

De Sacramento Pœnitentiæ.

PRÆLECTIO PRIMA.

Pœnitentiæ Sacramentum quid ſit; variæ ejuſdem acceptiones. Inſana Hæreticorum commenta eliduntur, exſufflantur. 459

II.

Publicæ olim obeundæ Pœnitentiæ ritus explicatur; Peccata etiam occulta modo canonica eſſent ad ſeptimum uſque ſæculum publicæ pœnitentiæ ſubjici, aſſeritur. Quando nam tandem, & cur mos ille ſubjiciendi peccata occulta publicæ pœnitentiæ exoleverit, demonſtratur. 461

III.

Diſtincta & individua peccatorum declaratio facienda eſt Sacerdoti jure divino. 463

IV.

Circumſtantias mutantes ſpeciem peccati, neceſſario confitendas eſſe; minime vero illas, quæ nec ſpeciem mutant, nec notabiliter aggravant, concors eſt Theologorum Sententia. Circumſtantias tamen intra eandem ſpeciem notabiliter aggravantes in Confeſſione neceſſario explicandas eſſe, proponitur, demonſtratur. 464

Qui-

V.

Quibus in caſibus ad Confeſſionis integritatem poſſit quis, ac etiam teneatur, revelare perſonam Complicis. 465

VI.

Sigillum Confeſſionis quid ſit; & quo jure obliget, demonſtratur. Nullo unquam prætextu violari poſſe multis oſtenditur; quæ in contrarium afferuntur momenta, convelluntur. Quo tandem in caſu quis uti poſſit Scientia habita in confeſſione, quin peccet contra legem Sacramenti, proponitur, explicatur. 466

VII.

Abſolutionem in Sacramento Pœnitentiæ verbis indicativis exprimendam eſſe, propugnatur. Abſolutionem & Confeſſionem per litteras & internuncium nullatenus faciendam eſſe, probatur, latiſque Summorum Pontificum judiciis confirmatur; Adverſariorum momenta occupantur. 468

DISPUTATIO OCTAVA.

De Timore & Amore Dei.

PRÆLECTIO PRIMA.

Timorem gehennæ bonum & utilem eſſe, atque ad juſtificationem diſponere, demonſtratur. 470

II.

Timorem quantumvis ad juſtificationem diſponentem non ſufficere; ſed neceſſarium eſſe amorem Dei, ſine quo juſtificari nemo poteſt, defenditur, propugnatur. 471

III.

Hæc eadem quæſtio Tridentini Concilii auctoritate firmatur; Eam tamen a Synodo Tridentina finitam non fuiſſe, multis evincitur. 473

IV.

Probatur, quod etſi nihil ſit de neceſſitate amoris Dei ad juſtificationem diſerte definitum; ſecurior tamen ſententia eſt, quæ hujuſmodi neceſſitatem docet. 474

V.

Adverſæ Sententiæ momenta refelluntur. 476

VI.

Probatur contra Calviniſtas, dogma fidei eſſe, Juſtos a ſtatu Gratiæ, & Charitatis excidere poſſe, adeoque non perſeverare omnes, qui ſemel juſtificati fuere. 477

VII.

Quid ad Apoſtoli Pauli teſtimonia Calviniſtæ reponant, oſtenditur; eorumque ſuffugia præcluduntur. 480

VIII.

Sententia de Amiſſibilitate Juſtitiæ aliis multis Scripturarum Oraculis, noviſque animadverſionibus communitur; falſæ Calviniſtarum interpretationes occupantur. 481

IX.

Eadem Sententia petitis ab Auguſtino momentis confirmatur: Calviniſtarum cavilli retunduntur. 483

X.

Poſtremæ Calviniſtarum objectiones occupantur. 485

DISPUTATIO NONA

De Merito Sanctorum.

PRÆLECTIO PRIMA.

Quid, & quotuplex ſit Meritum, & quæ conditiones ſint ad illud neceſſariæ. 489

II.

Conditiones, quas ad Meritum neceſſarias excogitavit Forbeſius, ut futiles exploduntur. 492

III.

Quæ & quotuplex ſit libertas; quæve ad Meritum neceſſaria, demonſtratur. 493

IV.

Eadem Sententia Eccleſiæ Patrum auctoritate firmatur. 495

V.

Objecta Adverſæ Sententiæ diluuntur. 497

VI.

Opera Juſtorum æternæ vitæ meritoria eſſe, demonſtratur. 500

VII.

Hæc eadem Sententia Patrum, & Conciliorum auctoritate roboratur: Nonnullorum Reformatorum, & Proteſtantium ejuſdem Sectæ auctorum momenta expenduntur, quibus hanc Lutheranorum ſententiam æque ac Catholici, invictis argumentis refellunt. Adverſariorum objectiones convelluntur; eaſque facile ſolvi poſſe demonſtratur, ſi e medio tollerentur quæſtiones, quæ inter Catholicos ſunt con-

controverſæ , & quæ fidei Summam non ſpectant. 501

VIII.

Indulgentiæ quid ſint ? numve inſit Eccleſiæ poteſtas eas conferendi , proponitur , demonſtratur. 505

IX.

Indulgentiarum utilitas in quo poſita ſit ; juſtam & legitimam cauſſam in iis conferendis prærequiri , aſſeritur , demonſtratur. 507

X.

Jubilæi vox unde ſumpta ; Jubilæum primum ſolemniter inſtitutum a Bonifacio VIII. Pontifice , & centum annorum ſpatio definitum ; a Clemente VI. ad quinquaginta annos redactum ; ab Urbano VI. ad annum 33. tandem a Paulo II. ad annum 25. aſſeritur , explicatur. 508

XI.

Quid ſit Cenſura, & num inſit Eccleſiæ poteſtas eaſdem ferendi, proponitur, explicatur ; quinam poteſtate ordinaria cenſuras ferre poſſint , demonſtratur. 509

XII.

Cauſſæ propter quas nulla vel injuſta Cenſura fieri poteſt, declarantur. 510

XIII.

Excommunicatio quid ſit, & quotuplex traditur ; quibus quantiſve bonis privet Excommunicatio Major , oſtenditur. Quando nam & quibus de cauſſis licita videatur eſſe communio fidelium cum excommunicatis, demonſtratur. 512

XIV.

Suſpenſio quid ſit , & quotuplex demonſtratur. Nonnulla ea de re obſervatione digniſſima expenduntur. 513

XV.

Interdictum quid ſit & quotuplex oſtenditur ; quandonam in Eccleſia introductum, quæritur. Quibus bonis privet, quibus Sacramentis , qua celebratione officiorum , qua ſepultura , demonſtratur. Quæ tandem pœna violantibus Interdictum ſit impoſita, proponitur , explicatur. 515

TRA.

TRACTATUS PRIMUS DE INEFFABILI TRINITATIS MYSTERIO.

PRÆLUDIUM.

Ex D. Auguſtini Monito tria Viro Theologo in Trinitatis Myſterii indagatione conſideranda proponuntur , atque explicantur.

EST illa D. Auguſtini , quæ me de Trinitate ad primum Sententiarum Librum dicere inſtituentem plurimum movet, digniſſima Vox : *Nec periculoſius* (quam in Trinitate) *erratur alicubi , nec laborioſius aliquid quæritur, nec fructuoſius aliquid invenitur . Lib. 1. de Trinit. cap. 3.*

Et ſane patens errandi periculum plus ſatis oſtendit Errantium numerus. Nullum enim Chriſtianæ Religionis Myſterium eſt , in quo Plures inveniuntur erraſſe . Imo , ſi recte calculum pono , totis quatuor prioribus Chriſtiani nominis Sæculis, queis tot Hæreſibus Eccleſia jactata eſt, Omnes , paucis exceptis , in Trinitate aberrarunt . Quod quidem quo fato , quave ratione contigerit , diligentius inveſtiganti id demum venit in mentem , quod non ita inſipienter excogitatum exiſtimabitis : ortum id ſcilicet non modo ex ſacroſancti hujuſce Myſterii altitudine ; verum etiam ex priſtina Fidelium , quibus tunc primum univerſa coaluit Eccleſia , converſatione, ac Religione. Quum enim Unitate Naturæ , ac Trinitate, ſeu diſtinctione Perſonarum ſtet tota hujuſce Myſterii altitudo ; aliunde vero tota ex Judæis , atque Gentilibus ad Fidem ex priſtina Secta recens converſis Eccleſia coaleſceret ; factum inde , ut Judæi , uni ac ſolitario colendo Deo jampridem aſſueti , Trinitatem Perſonarum in Deo ægre admodum ferrent ; Gentiles e contrario , Deorum multitudine antea delectati , ſupremi Numinis Unitatem difficillime paterentur . Quare priſtinis Sectæ ſuæ præjudiciis occupati varias, pro ſuo quique genio, contra Unitatem Naturæ, & Trinitatem Perſonarum Hæreſes procudentes , Judaiſmi , ac Gentilitatis reliquias in Eccleſiam intulerunt. Quocirca a Theodoreto non ſemel obſervatum eſt *Lib. 1. Hæret. Fabul.* priorum Sæculorum Hæreticos pene omnes aut priſtina Religione, aut certe proxima Origine Judæos , atque Gentiles exſtitiſſe .

Quærendi labor, ac difficultas nihilo minor eſt in hocce ſacroſancto Myſterio, quam errandi periculum : ac ſi Democrito ſtatuere libuit , veritatem puteo concludi, ac deliteſcere, unde non ſine ingenti labore deducatur ; nulla verbi invidia dixerim ego , quæ nobis in hacce Theologica Tractatione quærenda veritas eſt, hanc non qualicumque, ſed Mulieris Samaritanæ puteo contineri ; de quo ſacer Evangelii Textus appoſite monet *Joan. cap. 4.* : *Neque in quo haurias habes ; & puteus altus eſt*. Ecquid enim tam ab humana Ratione, ſenſuque disjunctum, quam ſine corruptione fœcunditas, ſine diviſione numerus, ſine ſolitudine unitas? Quid tam humanam, ac etiam Angelicam Intelligentiam excedat, quam Proceſſio æterno quodam fluxu erumpens, & tamen immota; ſemper antiqua, & ſemper nova ; perfecta ſemper , & ſemper incipiens? Quid tam mortalibus incomprehenſum, quam Filius a Patre genitus, & Patri coævus ; productus , nec tamen factus ; non ex materia , atque ſubjecto, nec tamen ex nihilo ; prodiens a principio, manens intra principium? Id ſcilicet eſt , in quod intendens quondam alias Ingeniorum Aquila Auguſtinus poſt diuturnam meditationem ſacro quodam horrore correptus , Mentiſque exilitatem tanti Myſterii altitudini prorſus imparem tandem expertus, effuſus in lacrymas exclamavit : *Mira profunditas, Deus meus ; mira profunditas ! Horror , & tremor eſt intendere in eam : horror honoris , & tremor amoris . Lib. 2. Confeſ. cap. 14.*

Verum in tanto errandi periculo , tantoque quærendi labore addit nobis animos, quod ultimo tandem loco adjicit Auguſtinus inquiens : *Nuſpiam , quam in Trinitatis Myſterio, fructuoſius aliquid invenitur*. Nec immerito quidem : ut enim per mare naufragiis ac periculis celebre , devectæ merces ſummo præ ceteris pretio æſtimantur ; nullaque ſalubrior eſt unda , quam quæ puteo alte defoſſo hauritur lento molimine; ita nec menti jucundior , nec utilior Eccleſiæ veritas ulla , quam quæ in tanta errandi facilitate , in tanta quærendi difficultate a viris Theologis invenitur. Ac ſicuti prudentum æſtimatorum judicio præſtat , vel unam quæ ſupra Naturam eſt , veritatem intelligentia aſſequi , quam ceteras quaſque Naturæ ambitu comprehenſas ; quod videlicet illæ iſtas plurimum antecellunt ; ita in veritatum ſuperni Ordinis indagatione pluris eſt vel unam de Trinitate , quæ totius ſuperni Or-